

Quicquid & occultis animalia cætera fibris  
 Promunt, quod lafis artubus addat opem.  
 Spiritus ut Moli atq; Animæ cōpagine junctus,  
 Instruat omnigenas ense potente physes.  
 Ut nihil hîc desit, modò mētis acumine præstes,  
 Et quæ commonstrat pagina lecta bibas.  
 Pagina Ioannis quam Thöldi industria fecit  
 Perspicuis legier nunc tibi posse notis.  
 Unde genus ducat satagis? clarissima vidit  
 Hassia patricia carpere matre cibum.  
 Multaq; si retrò numeres per lustra, fidelem  
 Landgravijs operam turba locavit avûm.  
 Candida concordis starent seu lilia pacis,  
 Redderet infestos seu ferus ensis agros.  
 Nunc colit antiquis mecum loca fæta salinis,  
 In quibus informem formo reformo gregem  
 Dignus fortassis Sparta meliore, scelesto  
 Nî fortuna mihi Marte inimica foret,  
 Ille regit frenis plebem pars una senatus,  
 Ac falsi piperis gaudia multa capit.  
 Versat & attentis secreta volumina palmis,  
 Quæ de natura Philosophia tenet.  
 Huic nunc unanimes communi nomine grates  
 Offero, quod minimè presserit illud opus.  
 Qualis magnanimam quid vi te continet offam  
 Guttore, quæ multis sat queat esse, canis:  
 Invidus insanos rabido ciet ore tumultus,  
 Nec focium præda cernat atroce frui.  
 Sed facilis largos fontem donarit in usus,  
 Unde queat lector stinguere damna sitis.